



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Index Capitvm Hvivs Opvscvli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I  
L A N C I C I I  
E S O C I E T A T E I E S V  
O P V S C V L V M S P I R I T V A L E  
S E X T V M.

De Meditationibus rerum diuinarum rectè peragendis (presertim in Recollectione octiduanâ) ad assequendum magnum in virtutibus profectum, per excitationem noui in Dei obsequio feruoris, & ardentis desiderij adipiscendæ perfectionis maioris, ac per suauem morum reformationem inde proficisci solitam.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I.

- D**e sine collectionis annua per *Exercitia spiritualia octiduanâ, querendo,* CAP. I.
- De idea renouationis nostri, *Specianda in octiduanâ collectione.* CAP. II.
- Fundamenta duo procuranda in octiduanâ collectione, necessaria pro renouatione anime. CAP. III.
- Armandus animus in octiduanâ collectione, contra respectus humanos. CAP. IV.
- De excitanda animi applicatione maiore, ad curam sui & rerum spiritualium, per hanc octiduanam collectionem. CAP. V.
- Per collectionem octiduanam excitandum est ardens desiderium, & cura acquirenda perfectæ sanctitatis, pro qua re proponuntur varia motiua. CAP. VI.
- Traduntur modi bene operandi, ad renouandam animæ nostræ imaginem, & Deo similem reddendam per hanc octiduanam collectionem. CAP. VII.
- Indicantur præcipui defectus, sedantes imaginem animæ nostræ, ut per hanc octiduanam collectionem, eorum extirpatio deinceps procuretur. CAP. VIII.
- Excitandum in octiduanâ collectione, ardens virtutum desiderium, & aliquot ex illis recensentur, querenda peculiari modo post collectionem octiduanam. CAP. IX.
- Octiduanâ collectio ordinanda est, etiam ad pœnas Purgatorij euadendas, pro quâ re traduntur motiua eas euadendi. CAP. X.
- De modis euadendi pœnas Purgatorij in hac vita adhibendis. CAP. XI.
- Armandus animus, ad cruces, post absolutam octiduanam collectionem ferendas. CAP. XII.
- Quæ Meditationes magis conducant in octiduanâ collectione, ad executionem bonorum propositorum, & in quo est situs fructus exercitiorum spiritualium. CAP. XIII.
- Qua in re transigendum tempus, quod intercedit inter horas Meditationum. CAP. XIV.
- De veritatibus, quibusdam sanctius cogitandis extra tempora meditationum in octiduanâ collectione. CAP. XV.
- Describitur homo piè renouatus, & imitandus proponitur, in octiduanâ collectione, & post illam finitâ. CAP. XVI.
- Descriptio boni religiosi, proposita ad imitationem, illis, qui secesserunt ad octiduanam collectionem. CAP. XVII.
- Adferuntur causa, ob quas, in multis non appa.

apparet, vel non diu durat fructus octiduanæ collectionis. CAP. XVIII.  
 Quid faciendum post octiduanam collectionem, pro executione constanti bonorum propositorum. CAP. XIX.  
 De octiduanâ collectione eorum qui sunt prouecti in spiritu, & conantur Deo

perfectè seruire. & serîo suo profectui in virtutibus attendunt. CAP. XX.  
 Puncta Meditationum pro octiduanâ collectione tyronum, & proficientium quatuor pro singulis diebus. CAP. XXI.  
 De eximio fructu, què quædã Monialis percipit in octiduanâ collectione. C. XXII.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, ordine alphabeti, positus est in fine totius Operis.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

**S**cripseram in Bohemiâ quatuor ante annos Opusculum pro nostris Fratribus iuuanidis, dum iuxta morem & nostræ Societatis statuta, semel quotannis, per spatium octo vel decem dierum, sepositis curis aliis, secedunt, ut piis Meditationibus solito operosius animum excolant, & ad omnem virtutem ac Apostolicæ sanctimonie studia vehementius inflamment. Docuit enim innumerorum experientia, in omni statu hominû sub nostra disciplina, spiritualibus S. P. N. Ignatij Exercitiis ac Meditationibus, etiam per dies pauculos, excultorum, eas, quàm plurimis attulisse, Dei beneficio, miram & repentinam, sed stabilem morum emendationem deprauatorum: aliis verò vitæ perfectionis inchoationem seriam: aliis notabilem in eâ progressum: aliis in rebus dubiis salutem concernentibus, certam diuinæ voluntatis agnitionem: omnibus denique, incrementum noui in diuino obsequio feruoris ac diligentie, maiorem quæ Dei, & rerum diuinarum, ac sui ipsius notitiam. Que cum in se ipso expertus fuisset (ut minus celebres non commemorem) S. Carolus Borromeus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, adhuc penes Pium IV. Romanum Pontificem suum Auunculum, Romæ in Vaticano Palatio manens, in his Exercitiis sibi à nostro P. Ioanne Baptista Ribera primâ vice datis, ea postea iterabat quotannis, & per plures ante mortem annos, bis quolibet anno illa per octo vel quindecim dies (semper aliquo è Nostris Patribus ea ipsi explicante) repetebat: & alios suæ curæ immediatæ subiectos, iis quotannis exerceri curabat; ac immediatè ante mortem, per eadem sese disposuit, pro felice ex hac vitâ migratione ad illam beatam & æternam in cælis, vsus hac in re, tunc etiam, operâ Confessorij & Patris spiritualis sui, nostri P. Francisci Adorni, in cuius manibus, sanctam & innumeris meritis plenam animam Deo reddidit, & cui statim gloriosus apparuit, mortem quæ eius

brevi subsecuturam, verissimè prædixit. Quocirca, ut tam salutaris spiritus medicina, ad curandos animæ morbos, & ad sanitatem conseruandam illius, ac ad vires spirituales augendas, nec non ad renouandam & illustrandam in nobis, virtutum coloribus, Dei imaginem, diuinitus S. P. N. Ignatio tradita, & à S. Sede Apostolicâ ad illam adhibendam hortante, amplissimè approbata & collaudata, tanquàm pietate ac sanctitate plena, & ad adificationem & spiritualem profectum fidelium valde utilis ac salubris, & quæ ad fructus vberes in Ecclesiâ Dei vbique gentium productos maximum adiuuentum attulit, ut, inquam, hæc medicina rectè & cum fructu sumatur, hoc Opusculum, extra privatos parietes, pro aliorum quoque vsu, nunc educo in lucem. Spero enim valdè profuturum iis etiam, qui sine octiduanâ recollectione, quamuis in statu seculari, piis rerum diuinarum meditationibus sese quotidie impendunt, & Deo valdè cari ac perfecti esse volunt. Proprio enim experimento agnoscent, (si exequentur Monita in hoc Opusculo data) suas in Meditatione, præsertim Vitæ & Passio- nis Christi Domini, considerationes; Deo adiuuante, fore tales, qualem esse ait S. Bernardus, 1.1. de Conscribens ad suum olim discipulum, postea Romanum Pontificem Eugenium tertium: Consideratio, primum ipsum fontem suum, id est, mentem de qua oritur, purificat: deinde regit affectus: dirigit actus: corrigit excessus: componit mores: viam honestat & ordinat: postremò diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert. Hæc est, quæ confusa determinat: hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & sucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, ut nihil in mente resideat incorrectum, aut correctione egens. Hæc est, quæ in prosperis aduersa præsentit, in aduersis quasi non sentit. Ut autem meis in hoc Opusculo consiliis, vti & in aliis, maior fides accedat, ea Sanctorum confirmari & illustrari sententiis, quæ visæ mihi sunt, ut loquar cum eodem S. Bernardo, Deliciosa ad saporem, solida ad nutrimentum, efficaces ad medicinam. Vale. Pragæ Cant. A. 1641.

CAP.